B. N. C
FIRENZE
1006
33

1006 33

XXXII
AVGVST.

1006. 33

DECRETA
FRATRVM ORD. HEREMITARVM S. AVGVSTINI

In Comitijs Generalibus Romæ Ordinata,

Et à Reuerendiſsimo Patre Magiſtro

FRATRE HIERONYMO DE GHETTIS ROMANO

GENERALI ELECTO PRO BONO ipſius Religionis ſtatu publicata.



ROMAE, ET PISIS,
APVD LEONARDVM ZEFFIVM M.DC.XXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

VENERABILES PATRES, AC FRATRES IN CHRISTO DILECTISSIMI.

QVANQVAM Auguſtiniana noſtra familia, diuina quadam prouidentia, per felicis, ac ſanctæ recordationis Patres prædeceſſores noſtros optimis legibus Sacriſquè Conſtitutionibus inſtructa fuerit, atque munita; quia tamen miſtica corpora, non ſecùs ac naturalia temporum viciſsitudine diuerſas ſolent ægritudines, ac corruptiones, contrahere; ideò noua remedia ſæpè à ſuperioribus, tanquam à peritis medicis oportet adhiberi Quod quidem nobis experientia ſatis compertùm eſt, dùm Sanctiſſimi Domini Noſtri benignitate ad ſupremum Ordinis clauum tenendum, nihil tale cogitantes euehecti per menſes quatuordecim nauim hanc, quantum viribus noſtris ex alto conceſſum fuit, ad vtriuſquè fælicitatis portum direximus. Qua peopter, nō ſinè magna optati otij ſpe ad finem Vicariatus nnſtri regiminis diligenter curauimus, vt ſacræ noſtri Ordinis Conſtitutiones non ſolum cum aliquo, ad faciliorem ipſarum notitiam, & obſeruationem, augumento, ſed ad-

iunctis, etiam permultis declarationibus, ac decretis, quæ à Sade Apoſtolica emanarunt in omnim manus darentur. Poſtquam verò in Generali Capitulo proximè celebrato, nullis ſanè ſuffragantibus meritis, nullo tamen ex electoribus inſcrutabili ſuperni Patris diſpoſitione refragante ſuper aureum fuimus Candelabrum repoſiti; feliciori Ordinis noſtri regimini, prout oportet, prouidentes, cum omnibus Diffinitorij Generalis Prioribus nonnulla in commune bonum conſulimus. Vnde omnibus placuit, ad religioſam ipſius Ordinis obſeruantiam, ac reformationem promouendam, pluresquè abuſus ſubmouendos, & corrigendos, infraſcriptas ſanctiones, & decreta condere. Quæ nos proindè eiuſdem Generalis Capituli ac noſtri etiam officij auctoritate, tanquam ritè, & legitimè condita promulgamus, omneſquè ac ſingulos Ordinis noſtri Pàtres, ac Fratres, cuiuſcunquè gradus, & conditionis, exiſtant, ad exactam eorum omnium obſeruationem paterno affectu, quantum in Deo poſſumus exhortamur, & reſpectiuè adſtringimus; atque compellimus. Hinc enim fructus vberes religioſæ obſeruantiæ, & virtutum incrementa Vniuerſum Ordinem ſuſcepturum ſperamus.

DE-

DECRETA AVTEM
ſunt huiuſmodi.

1 IN primis decreta fel. record. Clementis VIII. à Sanctiſsimo Domino Noſtro Vrbano Papa VIII. innouata,& confirmata, quæ iam dudum vobis tranſmiſimus, omni ſtudio, ac diligentia obſeruari volumus, ac mandamus.

2 Animaduertentes, quod plerique, quo ſunt vitæ, atque morum integritate, & ſcientiæ comendatione cæteris præſtantiores,proindequè inſtruendis Nouitijs aptiores,eo magis hoc charitatis officium detractant, & fortè etiam dignitate ſua Indignum allucinati exiſtimant: idcirco, vt ſaltem præmio allecti, ad laborem hunc accingantur, ſtatuimus, vt Baccalaurei, qui ſaltem triennio integro actu fuerunt Magiſtri Nouitiorum ad mores deputati,in Comitijs Prouincialibus Prouinciarum, ſeù Congregationum, in quibus adhuc idem munus actu exercent,vocem actiuam habeant, & paſsiuam quoque, etiam poſtquam prædictum munus Magiſtri Nouitiorum laudabiliter obierint; & ſi prioratus officio numquam functi ſint. Non Baccalaurei verò actu exercentes

ſimiliter vocem habeant actiuam in Capitulis Prouincialibus, etiam in Conuentibus Generalibus, & Prouincialibus, & ante omnes Lectores locum teneant. Quoad receptionem ad habitum, volumus, vt nouitij acceptentur in Comitijs Prouincialibus, vel in Congregatione intermedia, & circa loca pro Nouitiatibus inſtituta, & inſtituenda, & ipſorum Nouitiorum numerum ſeruentur Decreta Clementis Papæ VIII.

3 Quia multi ex Baccalaureis otio dediti talentum Domini ſui, tanquam ſerui inutiles ſepelire non erubeſcunt, graduſquè ſui honores ſine oneribus habere cupientes, contra Doctrinam Apoſtoli volunt ſine certamine coronari: huic malo occurrere volentes, præcipimus, vt Baccalaurei, qui in Conuentibus Generalibus, vel Prouincialibus per tres annos integros prędicatores inſignes non fuerint, vel Regentis officium non exercuerint, vel ad minus caſus conſcientiæ à Superioribus deputati per idem tempus cum laude non perlegerint, loco, & voce penitus careant, & ad gradum Magiſterij ſint inhabiles. Non eſt tamen noſtræ intentionis ſub hac Lege comprehendere Baccalaureos, qui ante decennium huiuſmodi gradu ſunt inſigniti.

4 Quoniam experimento conſtat, præ penuria Confeſſariorum Eccleſias noſtras minus frequentari, & populi erga nos deuotionem diminui, aliàs verò ad id muneris non omnes indifferenter eſſe admittendos, ne vituperetur miniſterium noſtrum: idcirco, vt maior idoneorum copia ſuppetat, ſtrictè præcipimus, vt in principalioribus Prouincialibus Conuentibus, à Patre Prouinciali inſtituatur idoneus Lector, qui bis ſaltem in hebdomada nempè die Lunę, & die Iouis lectionem practicam habeat caſuum Conſcientiæ, more ſummiſtarum, cui lectioni

in-

interſint omnes Sacerdotes, omneſquè non Sacerdotes profeſsi, & in eius difficultatibus ſe ſe exerceant, eas inuicem Conferendo, & frequenter meditando, vt dignam Eccleſiæ Dei cum animarum fructu, & decore Religionis exhibere valeant Seruitutem. Qui verò huic lectioni intereſſe neglexerint, primo à Priore moneantur, & deinde, ſi opus fuerit puniantur.

5 Quia profana ſacris, nullo modo ſunt miſcenda, & in loco remiſsionis peccatorum, peccata cumulare, ſcelus eſſet inexpiabile, ad omnem etiam ſuſpicionem huiuſce rei, & ſcandalum quoque puſillorum tollendum, ſtrictè præcipimus in meritum ſalutaris obedientiæ, ne quis in Confeſsionarijs aliud quippiam etiam minimum, pręter ea, quæ locum Confeſsionis Sacramentalis decent, tractare præſumat. Qui ſecus fecerit, à Confeſsionibus audiendis eo ipſo ſit ſuſpenſus. Circa verò ætatem eorum, qui ad Confeſsiones audiēdas admittēdi ſunt exactè ſeruentur Cōſtitutiones Ordinis abſque vlla diſpenſatione.

6 Cum officia honoratiora, præſertim verò Prælaturæ ijs potiſſimum committi debeant, qui rerum ſcientia, & morum integritate cæteris præſtare dignoſcūtur; ad reprimendam quorumdam ambitionem, qui quo minùs in ſe merita agnoſcunt, eo ſecularium, ac etiam Prælatorum, & Principum fauores procurant, vt cæteris præponātur: ſtatuimus, & ordinamus, ne ad officium Prioris, aut Vicarij deinceps quiſpiam admittatur, qui ab examinatoribus in qualibet prouincia deputandis non fuerit adiudicatus idoneus, & ab ordinarijs locorum ad audiendas ſecularium Confeſsiones non fuerit admiſſus. Qui ſecùs in priorem aſſumptus fuerit eum tanquam inhabilem, ipſo facto ab officio ſuſpenſum declaramus. Prouincialis verò, ac diffinitores Decretum hoc in Ca-

pitulis, Congregationibus, & aliàs quotiès oportuerit inuiolabiliter faciant obſeruari.

7 Quoniam experimento compertum eſt, iuuenes ſtatim emiſſa profeſsione in litteris humanioribus nõ dum exercitatos per potentium fauores ſtudijs altioribus ſe ſe ingererę, & conſequenter litterarum primo fundamento deſtitutos in Philoſophia, & Theologia debitos progreſſus non facere, illorum inſcitiam ſæpè animarum periculum, & Ordinis ignominiam ſecum trahere: huic malo quantum poſſumus, prouidere volentes, pręcipimus, vt profeſsi ad ſtudia non promoueantur, niſi poſt tres annos ab emiſſa profeſsione: interim verò in humanioribus litteris ſe ſe exerceant in Profeſſorijs clauſis, per ſingulas Prouincias inſtitutis, vt Conſtitutiones Ordinis diſponunt, & cum tempus ſuæ promotionis aduenerit, non niſi præuio rigoroſo examine promoueantur; filijquè Prouinciarum ab illorum diffinitorio, & filij Conuentuum Generalium ab eorum Capitulis poſtulentur. Qui ſecus fecerit, non poſsit habere Gradus, neque ſubſidium à Conuentibus. Si quis verò in prædictis litteris humanioribus ante tempus pręfinitum ſingulares progreſſus feciſſe compertus fuerit, ab eodẽ Diffinitorio, vel Capitulo Reuerendiſsimo Patri Generali poterit commendari.

8 Quoniam ſtudẽtes per eoſdem fautores, alioſquè quibus poſſunt modos efficaciores, ante tempus legibus noſtris præfixum ſtudiorum præmia, & gradus procurant, etiam ſtudio nondum Completo; Præcipimus ne deinceps eiuſmodi gradus per ſe, vel per alios petere præſumant ante tempus à noſtris Conſtitutionibus præfinitum. Qui ſecus feciſſe compertus fuer[illegible] eo ipſo ad gradũ ſic poſtulatum inhabilis ſit, & ſtudio, ac gradibus, quos habet ipſo facto ſit priuatus. Regentes verò nõ niſi præ-

fixo

fixo tempore tranſacto apud Reuerendiſsimũ Patrẽ Generalem, pro huiuſmodi gradibus obtinendis intercedãt.

9 Pro maiori autem eorundem ſtudentium commoditate, ſtatuimus, & determinamus in Sicilia Conuentum Meſſanæ, in Prouincia Apuliæ Conuentum Licenſem, in Calabria Conuentum Montis Leonis, & in Prouincia Taruiſina Conuentum Vicentiæ, in quibus habeatur lectio logica, & philoſophica tantum. Similiter aduertentes, quod multum refert diuerſarum linguarum peritia, ad Catholicæ fidei propagationem, cui ex animo cupimus in diuerſis mundi partibus ſumma cura attendere fratres noſtros, Volumus in Conuentu Melitenſi eſſe lectorẽ pro lingua Arabica, in Conuentu Cretenſi pro lingua Greca, in Conuentu Fluminenſi pro lingua Illirica.

10 Indecorum eſt, & nullo modo ferendum, vt viri Deo Conſacrati, & religioſum eius cultum profeſsi ad prophanos mundi abuſus reuertantur: imò ad ea etiam ſe ſe abijciant, quæ inter ipſos ſectatores mundi adeò viluerunt, vt non, niſi ab abiectioribus vſurpentur. Idcircò innouamus, & Confirmamus Decreta Reuerendiſsimi Patris Magiſtri Nicolai à S. Angelo prædeceſſoris noſtri, circa veſtimenta, & ludos Alearum, ac taxillorum cum omnibus illorum prohibitionibus cenſuris, alijſquè pœnis, & clauſulis, ac ſi omnia hic de verbo ad verbum eſſent inſerta. Pręcipimuſquè ſub eiſdem cenſuris, ac alijs pœnis, ne quis ea in toto, vel in parte interpræṫari audeat: declarantes inſuper, prædicta Decreta vim habere Conſtitutionis, quippequè iam in tribus Capitulis Generalibus confirmata fuere.

11 Similiter noſtra Paſtoralis officij ratio poſtulat, vt ea prohibeamus, quæ occaſionem ſcandali facilè afferre poſſunt, & Fratribus audaciam præſtare, quæ ex aduer-

ſo

ſo opponitur quieti,& lenitati, quæ ſunt propriæ Religioſorum virtutes. Eam ob rem ſtatuimus, ac determinamus, vt nemo,cuiuſcunque gradus,vel dignitatis exiſtat, ſub quouis prætextu, & occaſione audeat, vel præſumat deferre, vel apud ſe in Cubiculo tenere, ſeù ſeruare pugiones, gladios, ſecures, aliaquè armorum genera quęcunque etiam ad particulare comodum ſpectantia, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, quam trina Canonica monitione præmiſſa in his ſcriptis ferimus licèt inuiti,excipimus tamen cultellos, ſeù gladios ad comunes vſus, dummodo palmi vnius menſuram non excedant. Priores verò, qui nouerint aliquem huiuſmodi arma tenere, vel ſcirę neglexerint, ab officio ſuſpenſi eſſe intelligantur; quibus propterea ſtrictè præcipimus, vt iuſta formam Conſtitutionum ad minus bis in anno cellas Fratrum viſitent.

12 Tandem præcipimus, & mandamus, vt ſacrificia, & ſuffragia à noſtris Conſtitutionibus præfinita pro Sanctiſsimo Domino Noſtro Vrbano Papa VIII. Sanctæ Romanæ Eccleſię Prælatis,& benefactoribus noſtris,inſuper pro Perilluſtri,& Reuerēdiſsimo D. Matheo Buratto Sacræ Romanæ Rotæ Auditore præcipuo Ordinis noſtri benefactore eius mortem ſtatim, vt audierint procurent ſuperiores omnes Sacerdotes in toto ordine pro anima illius vnam celebrent Miſſam, & tandem pro pio ordinis incremento Omnipotenti Deo præces offerre, quàm diligentiſsimè curent.

Magiſter Fr. Hieronymus Romanus, Vniuerſi Ordinis Prior Generalis.

M. Fr. Laurentius Emporien. Procurator Generalis.
M. Fr. Hieronymus Coritanus Aſsiſtens Italiæ.

M. Fr.

M. Fr. Antonius Iannes Aſſiſtens Hiſpaniarum.
M. Fr. Iacobus Coritanus Aſſiſtens Italiæ abſolutus.
M. Fr. Andreas Gelſominus Cortonen. Procurator Generalis abſolutus Electus Epiſcopus Aſculanus.
M. Fr. Hieronymus Cornetanus. Diffinitor Prouinciæ Romanæ.
M. Fr. Thadeus Papienſis D. P. Lombardiæ.
M. Fr. Ioannes Baptiſta Offidanus D. P. Marchię Anconitanæ.
M. Fr. Ioannes Leger D. P. Franciæ.
Fr. Antonius Cieza D. P. Caſtellæ.
Fr. Antonius Corduba Regens D. P. Bethicæ.
M. Fr. Ioannes Belda D. P. Aragoniæ.
M. Fr. Petrus à S. Maria D. P. Portugallię.
M. Fr. Fulgentius Venetus D. P. Marchiæ Taruiſinæ.
Fr. Ioannes de Salians Pariſienſis D. P. Tholoſanæ, & Aquitaniæ.
Fr. Ioannes Neuius D. P. Coloniæ, & Belgicæ.
M. Fr. Paulus Bononien. D. P. Romandiolæ.
M. Fr. Chriſtophorus Peruſinus D. P. Vmbriæ.
M. Fr. Franciſcus Nicienſis D. P. Prouinciæ.
Bacc. Fr. Guilelmus Monancen. D. P. Bauariæ.
Fr. Cornelius Curſius D. P. Bohemię Auſtriæ.
M. Fr. Gregorius ab Argentio D. P. Terrę laboris.
M. Fr. Ioannes Duiport D. P. Narbonæ, & Burgundiæ.
M. Fr. Ioannes Baptiſta à Burgo S. Sepulchri D. P. Siciliæ.
M. Fr. Bartholomeus Florentinus D. P. Piſarum.
M. Fr. Archangelus Cortonen. D. P. Senarum.
Fr. Petrus Cretenſis D. P. Terræ Sanctæ.
Bacc. Fr. Gerardus Venuſinus D. P. Apulię.
Bacc. Fr. Lucas de Teramo D. P. Aprutij.
M. Fr. Placidus Neapolitanus D. P. Calabriæ.
Fr. Baltaſſar Craccbouienſis D. P. Poloniæ.
Fr. Lucas Pindarius D. P. Rheni, & Sueuię.
† Diffinitor Prouinciæ Vngariæ.
† Diffinitor Prouinciæ Angliæ.
† Diffinitor Prouinciæ Hiberniæ.
† Diffinitor Prouinciæ Saſſoniæ, & Turingiæ.
Bacc. Fr. Angelus Serra D. P. Sardinię.
M. Fr. Michael de Soſa D. P. Mexicanæ.
M. Fr. Petrus de Rua D. P. Peruntinę.
† Difinitor Inſularum Philippinarum.
M. Fr. Petrus Hernandus de Corduba D. P. Mexoacanen.
† Diffinitor Prouinciæ Quiten.
† Diffinitor noui regni Granaten.
M. Fr. Simplicianus Fluminenſis D. P. Stiriæ, & Carinthiæ.

† Dif-

† *Diffinitor Congregationis Lombardiæ.*
M. Fr. Camillus Florentinus D. Cong. Illicetanæ.
Bacc. Fr. Theofraſtus Neapolitanus D. Cong. S. Ioannis de Carbonaria.
Bacc. Fr. Bernardus Fabrianenſis D. Cong. Peruſinæ.
M. Fr. Celeſtinus Parmenſis, D. Cong. Ianuen.
M. Fr. Leonardus Venetus D. Cong. Montis Orthoni.
M. Fr. Adeodatus Barenſis D. Cong. Dulceti.
M. Fr. Manfredus Senen. D. Cong. Calabriæ Citræ.
M. Fr. Petrus Paulus Neapolitanus D. Cong. Calabriæ Vltræ.
M. Fr. Ioſeph Venetus D. Cong. Dalmatiæ.
Fr. Gabriel à S. Iacobo D. Cong. Diſcalceatorum Hiſpaniæ.
Fr. Hieronymus à S. Gregorio D. Cong. Diſcalceatorum Aragoniæ, & Catalonię.
Fr. Petrus de la Circuncisione D. Cong. Diſcalceatorum Bheticæ.
† *Diffinitor Diſcalceatorum Italię.*
Fr. Gregorius à S. Perpetua D. Cong. Diſcalceatorum Francię.
M. Fr. Nicolaus Florentinus D. Cong. Centum Vrbium.
† *Diffinitor Congregationis Coloritorum.*

M. Fr. Iacobus Cottanellius Secr. Regiſtrata lib. 2.

Dat. Romæ die 14. Ianuarij 1626.

Noſtri officij affixo Sigilli.

Fr. Hieronymus Romanus Gener. Ind.

Z
1066. 33.

SS 55516